

...cis status ecclesiastici, ita ut delinquentes in iisdem ...

§. XV. Quandoquidem pariter nostra intentio omnino est, ut provisiones huc usque memoratae, inque hac alma urbe, nostra Camera Apostolica, Monte Pietatis, mensis publicis, locis, & operibus piis unam eandemque vim, & robur semper obtineant, culpasque, fraudes, & damna impedire debeant, quae in praedictum communitatum totius status ecclesiastici committi possunt; hinc nos in casibus, & factis congruis mandamus, & ordinamus, ut omnes, & singulae dispositiones superius expressae locum habeant contra exactores, camerarios, depositarios, aliosque ministros, & officiales cujuslibet Communitatis nostri status ecclesiastici, aliquam ex praedictis actionibus, & delictis committentes, contra nos propterea judicari, & procedi debeat, non auditis, neque attentis frivolis exceptionibus, & praetextibus superius enumeratis, scilicet ea forma, & modo, quae contra officiales, & ministros camerales, aliosque superius nominatos praescribuntur.

§. XVI. Quamvis ordinamenta, & sanctiones praesentibus literis nostris haecenus recepta, contra delinquentes in casibus imposterum eventuris promulgaverimus, non ideo tamen intendimus a debitum poenis, justisque animadversionibus eximere eos rationarios, computorum scriptores, arcarios, exactores, custodes, depositarios, syndicos, camerarios, aliosque officiales, & ministros jam enuntiatos Camerae nostrae Apostolicae, veltigalium generalium, & particularium utriusque annonae, frumentariae nimirum, & granae, Montis Pietatis, mensuram publicam, Datariae Apostolicae, & depositariae urbanae, & Communitatum status nostri ecclesiastici, qui olim quomodocumque aliquam ex supra dictis actionibus, & fraudibus commississent, de quibus facta est mentio, in omnibus, & singulis casibus expressis. Volumus enim, ut iidem ob delicta olim commissa iisdem omnino poenis puniantur, quae secundum leges communes, vel municipales, & edicta locorum, & provinciarum contra tales fraudatores, & delinquentes infligenda essent.

§. XVII. Itaque pro omnium, & singulorum praemissorum celeris, & omnimoda executione mandamus dilecto filio nostro S. R. E. Cardinali Camerario, nec non Thesaurario Generali Camerae nostrae Apostolicae, nunc, & pro tempore existentibus, ut contra omnes, & singulos praedictos ministros, & officiales, qui aliquod ex memoratis delictis in damnum, & praedictum ejusdem Camerae nostrae Apostolicae, directe, vel indirecte reddundans, illorumque officia respiciens, quomodocumque, ut dictum est supra, commiserint, aut committi, & perpetrari curaverint, vel in illorum perstratione rem, & complicatam aliquam habuerint, cujuscumque conditionis, & qualitatis extiterint, videlicet, tam seculares, quam ecclesiasticos, & quomodolibet privilegiatos, aut exemptos, ad debitas in eos poenas, tam per se, quam propter suos Locumtenentes, Judices, atque alios arbitrio illorum, prout necessitas casuum exegerit, in partibus etiam delegandos, & subdelegandos, procedant, proinde mandant, & juxta praesentem nostram constitutionem, justitia mediante, deveniant, & deveniri faciant.

§. XVIII. Injungimus itidem pro ulteriori praemissorum implemento, tam hujus almae urbis nostrae gubernatori, & Curiae Causarum Camerae Apostolicae generali Auditori, ceterisque urbis Judicibus, ad quos de jure spectat, quam omnibus etiam, & singulis nostris, & Sedis Apostolicae in quibuscumque provinciis, legatis, & vicelegatis, necnon quarumcumque civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum, nobis, & eidem Sedi tam mediate, quam immediate subiectorum Gubernatoribus, Praetoribus, Capitaneis, Commissariis, & aliis quibuscumque Judicibus, quavis etiam subdelegata potestate fungentibus, ut praesentes nostras inviolabiliter in suis judiciis observent, necesse

non contra delinquentes praedictos suae jurisdictioni subiectos, ad formam earundem praesentium omnino procedant, omnique in eisdem literis contenta plenariae executioni demandant.

§. XIX. Postremo decernimus; has literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vicio, aut intentionis nostrae defectu notari, minusque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus comprehendi, vel illis derogari nullo modo tacite, vel expresse unquam posse, nisi de illis, earumque totis tenoribus, ac datis de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, & expressio facta fuerit, aliterque factas derogationes nullius roboris, & momenti fore, & tamquam tales a nemine attendi, nec ulli suffragari posse, atque ita ut pro quoscumque Judices, tam ordinarios, quam delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & de latere Legatos, judicari, & definiti debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & decernentes irritum, & inane quidquid secus in praemissis, & quolibet praemissorum, atque hac nostra constitutione contentorum & statutorum, vel circa ea, & quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, legibus, ac urbis, & Romanae Curiae tribunalium, aliarumque curiarum nostri ecclesiastici status, ac legationum praedictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, styliis, consuetudinibus, quas, si quae forent, per praesentes revocamus, nullasque, & invalidas esse declaramus; privilegia quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium praemissorum forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam nisi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac nisi de verbo ad verbum nihil penitus omitta, & forma in illo tradita, observata, inserti forent, & praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum praesentium, illisque validis in suo robore permanens, harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. XX. Volumus autem, ut elapsis tribus respectu iudicis nostrae urbis, & quindecim diebus respectu totius praedicti nostri status ecclesiastici, postquam praesentes in valvis ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum ejusdem urbis, & in aede Campi Florae super aliquam ex nostris Cursoribus affixae, & publicatae fuerint, omnes, & singulos, tam in urbe, quam in toto statu ecclesiastico, & legationibus existentibus perinde obligent, & ardeant, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatae fuissent; utque eorum transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiasticae constituae munitis, eandem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae visidemmet praesentibus, si exhibita, vel ostensa essent, adhiberetur.

§. XXI. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, sanctionis, legis, statuti, decreti, declarationis, dispositionis, & jussionis infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri & Pauli se noverit incursurum. Datum Roma apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo nono, sexto kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno sexto. Theologus noster sic sua haec addenda incipit: Vide amice lector, quam consona sit Ferrarianae doctrinae

ca num. 16. expressa cum sana Theologia. At non est cur tantum indebitè exaggeret contra Ferrarianam doctrinam, ibi & sub aliis numeris traditam. Videat, quibus, amicus lector, quae ego ibi sub num. 12. 13. 14. & 16. trado ex doctiss. Rossignolo, uno ex primariis Theologis & consultoribus sui temporis in amplissima Mediolanen. civitate. Videat & perpendat meam expositionem in summiario sub dict. num. 16. & quae conclusio sub eodem num. in corpore dicens: Non de facili tamen est id consulendum, & ad praxim reducendum, quum non pauca subint pericula in detrimentum mortuum & gravamen pauperum. Videat, & perpendat allatam à Theologo hic constitutionem Benedicti XIII. Jam dudum quae est 286. in ordine bullarii, in cujus summiario sic expresse habetur: Infiguntur poenae in depositarios, ministros &c. qui alienam pecuniam sibi creditam, & depositam fraudant; de quibus fraudulentis depositariis & ministris loquitur ipsa constitutio, de quibus ego nec verbum facio, probe sciens quod fraus & dolus nemini debet patrocinari, cap. Quod universorum 8. de rerum permutatione; cap. Officii 14. de testamentis; cap. Quum dilectus 8. de religiosis domibus; cap. Audivimus 3. de collusion. Clement. dudum §. hujusmodi, de sepulturis. Videat demum & perpendat omnia & singula, & pro sua eruditione & aequitate pronuntiet. †

MORIBUNDUS.

SUMMARIUM.

- 1. MORIBUNDUS nequit licite respicere remedia ordinaria ad sanitatem.
2. Bene vero remedia extraordinaria, & nimis dura.
3. Moribundus qui petit Confessarium, licet ipso adveniente jam obmutuerit, & nulla dare possit signa Penitentiae, potest, & debet absolvi saltem sub conditione.
4. Moribundus, qui nullum Penitentiae signum dedit, nec dare potest, si ipse prius probe, & Christiane vixerit, & Sacramenta frequentaverit, probabiliter potest absolvi sub conditione.
5. Moribundus à quolibet Sacerdote, & probabiliter etiam à Laico in articulo mortis absolvi potest ab excommunicatione, & interdicto personali.
6. Moribundus, si sit periculum vomitus, dari potest parva particula Eucharistiae, quae sibi macrum aliteratur non credatur; aut si de hoc ipso sit dubium, potest fieri experimentum cum particula non consecrata; quam si retineat, danda est ei consecrata: Secus non. Si autem independenter à cibo perpetuo vomat, nullo modo est ei danda sacra Communio, nisi forte per sex saltem horas liber à vomitu extiterit.
7. Moribundus puero doli capaci probabiliter est dandum Viaticum, quavis nondum esset sanus ad Communionem admittens.
8. Si Moribundus sit communicandus, & desit stola, vel alba, potest in tali casu ei dari Communio sine ipsis.
9. Moribundus tenetur ex precepto divino Eucharistiam sumere per modum Viatici, & hoc etiam non sit jejuniis.
10. Et licet sit jejuniis, adhuc recte adhibetur formula Accipe Viaticum &c.
11. Moribundus, qui nunc communicavit sanus ex devotione, superveniente periculo, tenetur eadem die per modum Viatici communicare.
12. Moribundus post 7 vel 8 dies potest iterum dari Viaticum, etiam si non sit jejuniis, dummodo nequeat jejuniis sumere, & periculum mortis recurrat.
13. Moribundus, quando morbus, & periculum diu protrahitur, potest iterum post 7 vel 8 dies dari Viaticum, quantum non sit jejuniis.

- 14. Moribundo dari potest, & debet Viaticum etiam in die Parasceves.
15. Si Moribundus ob tussim, vel aliam causam sumere non possit Viaticum, non debet ad illum deferri SS. Eucharistia devotionis causa.
16. Pro consecrando Viatico dando moribundo non est licitum Sacerdoti non jejuno celebrare.
17. Aliqui tamen tenent contrarium.
18. Pro Viatico dando moribundo non debet consecrari Hostia extra sacrificium etiam in necessitate.
19. Nec etiam in simili necessitate licitum est Sacerdoti laico consecrare in fermentato.
20. In defectu Sacerdotis laici potest moribundus sumere Viaticum à Sacerdote Graeco consecratum in fermentato.
21. Moribundus, si nequeat sumere Viaticum sub specie panis, an sit ei dandum sub specie vini.
22. Perpetuo amenti moribundo non est dandum Viaticum.
23. In dubio an amentes adulti utantur ratione, est eis dandum Viaticum.
24. Amentibus, qui usum rationis habuerunt, nec sciuntur amisisse illum in mortali, dandum est Viaticum.
25. Phrenetico, aut deliranti, sive ex mania, sive ex morbo, si quando alligatur, accipiat cibos, debet etiam alligato dari Viaticum.
26. Si autem sit dubium an reverenter suscepturus sit, faciendam est experimentum cum una, vel altera particula non consecrata, & si aliquam reverenter suscipiat, danda est etiam consecrata.
27. Moribundo in defectu Parochi potest dari Viaticum à quolibet Sacerdote, sive seculari, sive Regulari, & in defectu Sacerdotis etiam à Diacono; Immo secundum multos etiam à Laico, quod tamen ob contrariam consuetudinem facile non est practicandum.
28. Pro consecrando Viatico dando Regulari infirmo in domo privata consanguineorum, seu aliorum secularium, non potest ab alio Regulari erigi ibi altare portatile, & sacrum peragi, & inde Viaticum ipsi ministrari absque licentia Ordinarii, vel Parochi.
29. Moribundus, si fuerit Catholicus, & non constet esse in mortali, dandum est Sacramentum Extreme Unctionis, etiam si illud non petierit.
30. Moribundus praeter Confessionem tenetur ad altum contritionis perfectae.
31. Moribundi possunt, immo quandoque etiam tenentur contrahere matrimonium.
32. Moribundus an possit absolvi à Sacerdote excommunicato vivando, seu degradato, aut heretico? ad num. 35.
33. Moribundi ex morte naturali desicere solent in detumescencia Maris.
34. Adducitur novissima ampliatia facultas concessa Episcopis pro impetrandi benedictione Papali moribundis.
35. Afferitur modus impetrandi dictam benedictionem.
36. Subnectuntur Supplementa Auctoritatis, ad num. 40.
37. Sequuntur Add. ad fin.

MORIBUNDUS nequit licite respicere remedia ordinaria ad sanitatem, quisquis enim tenetur vitae suae periclitanti mediis ordinariis optulari; Sanchez cons. 15. cap. 1. disc. 34. Busemb. & La-Croix lib. 2. num. 205. & lib. 3. part. 1. num. 769. & 775. Henno tom. 1. tract. de conscientia disp. 3. quest. ult. conclus. 3. resol. 4. & alii passim. Non tenetur autem pro vita conservanda ad remedia extraordinaria, & nimis dura, ut ad abscissionem crucis, & hujusmodi, nisi talis moribundus esset persona necessaria reipublicae, vel ecclesiae, quia tunc tenetur ratione boni communis; Layman lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 1. num. 5. Sanchez, Victoria, Lutt. Gobat cum Busemb. & La-Croix lib. 3. part. 1. num. 769. & 775. & alii passim. Moribundus, qui petit Confessarium, licet ipso

adveniente, jam obtulerit, & nulla dare possit signa poenitentiae, potest, & debet absolvi saltem sub conditione; communis cum La Croix lib. 6. part. 2. n. 1156. Vide verb. Absolutio art. 2. num. 1.

Moribundus, qui nullum poenitentiae signum dedit, nec dare potest, si ipse prius probe, & christiane vixerit, & sacramenta frequentaverit, probabiliter absolvi potest sub conditione; vide dict. verb. Absolutio art. 2. d. num. 4. ad 7. ubi pluri ad id citantur Doctores, & efficaces dantur rationes; atque hic adde, hanc opinionem in praxi complexum esse Clementem VIII. qui ex remoto loco videns quemdam à fabrica S. Petri cadentem, statim ei absolutionem sub conditione impertitus est dicens: *Si es capax, ego te absolvo à peccatis tuis*; teste Diana part. 3. tract. 8. resol. 8. tract. 6. resol. 20. Immo juxta varios, si moribundus non haberet nisi Sacerdotem mutum, quamvis certum sit, formam in verbis consistere, tamen stante causa necessitatis extremæ, melius est ut talis Sacerdos nutibus, vel scribendo formam, eum absolvet, quam ut se omnino retraheret: quia sicut moribundus, qui supponitur dolere de peccatis, absolvi potest etiam non præstitis signis expressis; ita præfata absolutio non videtur reprobanda: tum quia recurrunt dicta loc. cit. verb. Absolutio. ✦ Assertio Auctoris de Sacerdote muti nutibus, aut scripta forma absolvente, improbanda omnino videtur doctissimis Censoribus; & quidem jure atque merito. Nam explorata in Theologia res est, Sacramentum Poenitentiae verbis perfici à Sacerdote prolatis, non absolutione nutibus, aut scripto data. Id enim ex apostolica traditione, & ex Conciliis Tridentino, & Florentino evidenter patet. En Tridentini verba res. 14. cap. 8. *Docet Sancta Synodus Sacramenti Poenitentiae formam in qua præcipue vis ipsius sita est, in illis Ministris verbis positam esse: Ego te absolvo &c.* Hoc idem definitum prius fuerat in Concilio Florentino, decreto pro Armenorum instructione edito. Si certum est, ut vel ipse Ferraris indicat, ex Christi institutione verbis à Sacerdote prolatis hujusmodi Sacramentum perfici oportere, & si in his tota vis formæ hujus Sacramenti sita est; ergo in nutibus vis hujusmodi desideratur; ergo in verbis non prolatis, sed scriptis, eadem vis deest; ergo Sacerdos mutus nutibus, vel scripta forma absolvendo, Sacramentum Poenitentiae non conficit, vel saltem vehementer suspectum facit. Id vero licitum non est ex Theologorum omnium consensione; perinde enim esset, ac Sacramentum simulare, vel certo nullitatis periculo exponere. ✦

Moribundus à quolibet Sacerdote, & probabiliter etiam à laico in articulo mortis absolvi potest ab excommunicatione, & interdicto personali; Diana, Layman, Alloza, & alii cum La Croix lib. 7. num. 130, qui dicunt, probabile esse, quod tunc sic absolvere possit omnis etiam laicus, quamvis esset hæreticus, dummodo dispensandum non sit; licet enim sententia communior, & probabilior sit cum Arriaga dist. 39. n. 5. & Lugo disp. 18. num. 7. quod laicus, absente Clerico, nequidem in articulo mortis valide absolvat à censuris, oppositum tamen probabiliter tenent graves Auctores, quos referunt Diana part. 3. tract. 4. res. 133. Moya disc. 7. quæst. 1. num. 8. La Croix loc. cit. eo quod putent, piam matrem ecclesiam, quæ id etiam laico delegare potest, pro eo articulo nolle eum, quem poenitet, privati beneficio sepulture, & communibus suffragiis. Immo Sanch. in decal. lib. 2. cap. 13. n. 13. Marchinus, alique multi cum Dicast. dec. 3. n. 12. apud La Croix lib. 7. n. 130. putant, laicum teneri pro tali casu absolvere à censuris, quia secundum supra allegatos Doctores probabile est valere talem absolutionem, nec potest obesse, neque ullum sequitur inconveniens, & aliunde moribundo præstatur magnum beneficium, ut nempe participet suffragia ecclesie, & sepulturam ecclesiasticam obtineat. ✦ Falsum omnino putatur posse omnem laicum ab excommunicatione, aliusque censuris moribundum absolvere; scimus enim id asseruisse Sylvestrum, ac nonnullos alios Theologos; sed facile falsitatis convincitur horum opinio: tum quia istantur absolventi à censuris potestas competit, quibus

à Christo Domino jus ligandi, atque solvendi concessum est, quod sane laicis minime convenit: tum etiam quia Concilium Tridentinum res. 14. cap. 7. ait: *In articulo mortis omnes Sacerdotes, quoslibet poenitentem à quibusvis peccatis, aut censuris absolvere possunt.* Ex his autem verbis eruditus Continuator Tournely colligit: *Nec laicum, nec clericum, qui Sacerdos non sit, à censuris absolvi potest: tum quia Concilium Tridentinum non loquitur nisi de Sacerdotibus; tum quia potestas absolvendi à censuris in periculo mortis non datur, nisi ut quis etiam à peccatis absolvi possit, solus autem Sacerdos à peccatis absolvi potest; tum quia usu receptum est, ut solus Sacerdos in hoc etiam mortis discrimine absolutionem à censuris impendat, non autem clericus, nisi is forte censuram tulerit, eamque idcirco relaxare valeat.* ✦

Moribundo, si sit periculum vomitus, dari potest parva particula Eucharistiae, quæ stomachum alteratur non credatur, aut si de hoc ipso sit dubium, securitatis gratia dari potest particula non consecrata ad experiendum, an possit retinere consecratam, necne; & si retineat non consecratam, danda est etiam consecrata; si vero non consecratam rejiciat, non est ei danda consecrata. Si autem independenter à cibo perpetuo evomat, nullo modo est ei danda Sacra Communio, nisi forte per sex saltem horas liber à vomitu exierit. Sic expresse docet Sancius apud Dian. part. 5. tom. 3. resol. 53. Busemb. & La Croix lib. 6. part. 1. numer. 586. ✦ Potest alia via experiri, an possit moribundi stomachus consecratam particulam retinere; nec unquam permitendum est, ut non consecrata particula experimentum fiat, tum ob periculum, quod occurrere fortasse possit idololatriæ; tum etiam ne debita erga Sacramentum Eucharistiam veneratio hac via minuatur. ✦

Moribundo puero doli capaci, qui sciat distinguere Eucharistiam ab alio cibo, probabiliter est dandum Viaticum; quamvis nondum esset sanus ad communionem admittitur; Layman tract. 4. de Euchar. cap. 4. Suarez disp. 40. res. 1. Busemb. La Croix lib. 6. part. 1. numer. 586. ✦ 647. Lugo disp. 13. sect. 4. numer. 38. ubi numer. 40. contra Sanchez addit, quod si de capacitate pueri sit dubium, possit nihilominus dari, etsi non sit necesse; & sic tenent etiam Dicastill. Diana, Tambur. cum La Croix lib. 6. num. 648. ✦ In dubio de pueri capacitate ad rite discernendum inter sacrum Viaticum, & alios cibos, Eucharistia præberi eidem non debet. Etsi enim scimus, ut in antiqua ecclesia, ita etiam nunc in ecclesiis aliquibus orientalibus peris quoque Eucharistiam administrari, tamen Latina Ecclesia à multis secularibus constituit, ut nonnisi discernentibus cibum eucharisticum distribueretur, ut debitum in Sanctum Sacramentum obsequium, ac veneratio servaretur. Ubi ergo dubium est, num puer id revera intelligat, atque discernat, ex ecclesie institutione sacro Viatico refici puer ille non debet: cum hoc non sit Sacramentum necessitatis, & cum ex praxi ecclesie constet, Sacramentum hujusmodi non communicari nisi illis, quos ecclesia noverit ita capaces, & in Religionis institutis instructis, ut celestem, & Angelorum panem à vulgari cibo discernant. Atque hinc patet etiam, injuria numer. 22. asseri, in dubio, an adulti amentes utantur ratione, dandum eis Viaticum esse. Cum enim hoc Sacramentum necessitatis non sit, in dubio administrandum non est. ✦

Si moribundus sit communicandus, & desit stola, vel alba, potest in tali casu ei dari communicatio sine ipsis. Vide verb. Infirmus num. 19.

Moribundus tenetur ex præcepto divino Eucharistiam sumere per modum Viatici; & hoc etiam non sit jejunus. Vide verb. Eucharistia num. 34. verb. Viaticum num. 4.

Et licet jejunus, adhuc recte adhibetur formula accipiendi Viaticum &c. Vide dict. verb. Eucharistia num. 35. verb. Viaticum num. 6.

Moribundus, qui mane communicavit sanus ex devotione, an superveniente periculo, teneatur eadem die per modum Viatici communicare? Vide dict. verb. Eucharistia num. 36. ✦ Vide hac de re Benedictum XIV. de

de synodo Alicesana lib. 7. cap. 11. ubi recensita eorum opinione, qui ajunt, etiam hominem, qui mane communicaverit, qui incidunt inopinatum in mortis periculum teneri denuo se reficere eucharistico cibo; illorum, qui dicunt, recipere iterum Eucharistiam sine periculo non posse; ac denique illorum, qui putant, posse dicto homini Viaticum dari, sed nullo ad id adigi præcepto, ita concludit: *In tanta opinione varietate, Doctorumque discrepantia, integrum erit Parocho eam sententiam amplecti, quæ sibi magis arriserit, quin fas sit Episcopo in Parochum animadvertere, qui præfatos egrotanti Viaticum denegavit &c.* ✦

Moribundo post 7. vel 8. dies potest iterum dari Viaticum, etiamsi non sit jejunus, dummodo nequeat jejunum sumere, & periculum mortis recurrat. Vide dict. verb. Eucharistia num. 37.

Moribundo, quando morbus, & periculum diu protrahitur, potest iterum post 7. vel 8. dies dari Viaticum, quamvis non sit jejunus. Vide dict. verb. Eucharistia num. 38.

Moribundo dari potest, & debet Viaticum etiam in die Parasceves. Vide dict. verb. Eucharistia num. 39.

Si moribundus ob tussim, vel aliam causam sumere non possit Viaticum, non debet ad illum deferri SS. Eucharistia devotionis causa. Vide dict. verb. Eucharistia num. 50.

Pro consecrando Viatico dando moribundo non est licitum Sacerdoti non jejuno celebrare. Vide verb. Infirmus num. 28.

Aliqui tamen tenent contrarium. Vide dict. verb. Infirmus num. 29.

Pro Viatico dando moribundo non debet consecrari Hostia extra sacrificium, etiam in necessitate: La Croix lib. 6. part. 1. num. 610. ubi cum Dicastill. dec. 10. num. 344. testatur de communi contra Majorem putantem id esse licitum. In simili necessitate Major docet, esse licitum Sacerdoti Latino consecrare in fermentato; quam sententiam Tannerus, & alii non audent damnare; at tamen oppositam sententiam docet communis cum Dicastill. & La Croix loc. cit. num. 610. quia præceptum Viatici non obligat cum tanta difformitate ritus.

In defectu Sacerdotis Latini potest moribundus sumere Viaticum à Sacerdote Græco consecratum in fermentato. La Croix loc. cit. Tambur. cap. 2. §. 9. n. 12. & alii. Moribundus an si nequeat sumere Viaticum sub specie panis, sit ei dandum sub specie vini? Variant Doctores. Nugus enim, & Ochagav. tenent affirmativam sententiam, quia, dicunt ipsi, præceptum divinum de sumendo Viatico prævalet humano de communicando solum sub specie panis; & id probabile censent Diana, Escobar, & alii apud La Croix loc. cit. num. 611. Negativam autem probabilius docent Fagnanus, Suarez, Diana, Amicus, Lugo, Tamburin. Dicastill. Planet. citati & secuti à La Croix loc. cit. num. 611. dicentes, non teneri moribundum in tali casu sumere Viaticum sub specie vini, nisi quod præceptum humanum prævaleat divino, sed quia divinum non obligat, nisi quando observari potest cum debita reverentia, & principalibus ritibus, & quasi substantialibus ceremoniis ab ecclesia præscriptis.

Perpetuo amenti moribundo non est dandum Viaticum; S. Thomas quæst. 80. art. 9. in opus. La Croix lib. 9. part. 1. num. 654. quia, ut ibi notat, id prohibet rituale Pauli V. In dubio an adulti amentes utantur ratione, Gobat. tract. 4. num. 173. 417. & 418. La Croix loc. cit. num. 665. & alii dicunt esse eis dandum Viaticum, quia in dubio favendum est potius homini, pro quo institutum est Sacramentum, cum certo ipsi proposit, & probabiliter possit etiam causare primam gratiam.

Amentibus, qui usum rationis habuerunt, nec sciuntur amisisse illum in mortali, dandum est Viaticum. S. Thomas loc. cit. Catechism. Roman. de Eucharist. capit. 11. num. 2. La Croix loc. cit. num. 656. quia hoc ipso, quod nesciatur amisisse usum rationis in mortali, præsumendum est esse in gratia, quia poterunt vel sine ulla, vel cum levi tantum culpa amisisse. Gobat. loc. cit. n. 151. cum communi, ut testatur La Croix loc. cit.

Recte quidem advertit R. Theologus; sed etiam adnotare debebat, quod ea omnia quæ hic addnotat ipse, jam à me adducta fuerant in supplementis secundæ editionis Venetæ, qua ipse utitur, sub verb. Eucharistia num. 12. †

Moribundo, si fuerit catholicus, & non constet esse in mortali, dandum est Sacramentum Extræ Ungtionis, etiamsi illud non petierit, nam hoc ipso censetur interpretative voluisse, & petisse; quod alii christiani, etiamsi de eo Sacramento nunquam audierint. Busemb. & La Croix lib. 6. part. 1. num. 163. & alii passim.

Moribundus tenetur ultra sacramentalem confessionem actum coheritionis perfectæ elicere; licet enim constitutus in articulo mortis non teneatur confiteri cum contritione perfecta, eo quod moraliter certum est sacramentum Poenitentiae cum attritione ad justificationem sufficere; quemadmodum liquet ex Trid. sess. 14. cap. 4. (Vide verb. Poenitentia Sacramentum) & ex propositionibus 14. & 15. ab Alexandro VIII. damnatis.

Phrenetico, aut deliranti, sive ex mania, sive ex morbo, si quando alligatur accipiat cibos, debet etiam alligato dari Viaticum. S. Thom. Aversa, Sanch. Diana Gobat, sicuti & citati à La Croix loc. cit. num. 660. Si autem sit dubium, an reverenter suscepturus sit faciendum est experimentum cum una, vel altera particula non consecrata, & si aliquam reverenter suscipiat, danda est ei etiam consecrata. La Croix dict. num. 660. cum Layman, Castrop. Diana, Gobat. ibi citatis. ✦ Si experimentum fiat cum particula non consecrata infirmus periculo exponitur actus idololatriæ, qui licet materialis sit respectu illius, permitti tamen non potest. Falsum quoque est, quod numer. 27. asserit de laico, qui possit necessitate urgente Viaticum deferre. Tantum enim in Sacramentum Eucharistiam venerationem exposcit ecclesia, ut laicis etiam tactum sacrorum vasorum interdixerit; quis ergo credat permittere eidem, ut Eucharistiam tangent, deferantque ad infirmos? Non desunt sane in antiqua ecclesia exempla laicorum, qui eucharistiam ad infirmos detulerint, at alia nunc tempora sunt, alie ecclesie consuetudines, alie leges necessitate ad servandam, ac fovendam debitam huic Sacramento venerationem. Permittendum itaque, ut potius sine Viatico infirmus decedat, quam ut leges violentur ab ecclesia late, ne laici Eucharistiae Sacramentum administrent. ✦

Moribundo in defectu Parochi potest dari Viaticum à quolibet Sacerdote, sive seculari, sive regulari, & in defectu Sacerdotis etiam à Diacono. Communis cum Layman lib. 5. tract. 4. cap. 7. Busemb. & La Croix lib. 6. part. 1. num. 479. Immo Suar. Coninch. Layman. Præpositus, Dian. & alii apud Busemb. & La Croix loc. cit. num. 479. dicunt, in articulo mortis in defectu supradictorum posse ei dari Viaticum, etiam à laico. Quod tamen ob contrariam consuetudinem non est facile praticandum, ut docet Lugo, Bonac. cum ipso Busemb. & La Croix loc. cit.

Pro consecrando Viatico dando regulari infirmo in domo privata consanguineorum, seu aliorum secularium non potest ab alio regulari erigi ibi altere portatile, & sacrum peragi, & inde Viaticum ipsi ministrari absque licentia Ordinarii, aut Parochi. Sic expresse Sac. Congreg. Concilii in Messianen. Privilegiis 20. Sept. 1698. lib. 48. decret. pag. 471. ubi propositis dubiis. Primo: *An Regularis Theatinus poterit licite erigere altare portatile, Sacrum peragere, & sanctissimum Viaticum ministrare alteri Regulari infirmo in domo privata illius consanguineorum absque licentia Ordinarii aut Parochi?* Secundo: *An possit Ordinarius in hoc, & similibus casibus procedere contra Regulares, etiam ad censuras?* Respondit ad 1. Negative. Ad 2. Affirmative, sed in præsentem non molestandum. Sic refert Eminentiss. Petra tom. 5. commentar. ad constit. 11. Alexandr. IV. num. 33. ✦ Nec Parochus, neque etiam Ordinarius licentiam concedere Regularibus potest, ut in domo infirmi altare portatile erigant, ibique celebrent, ut inde Viaticum administrent, sed necessaria est summi Pontificis licentia. ✦ Ad omnia ex n. 5. nunc usque à Theologo relata, sequentia mente retine.

Recte quidem advertit R. Theologus; sed etiam adnotare debebat, quod ea omnia quæ hic addnotat ipse, jam à me adducta fuerant in supplementis secundæ editionis Venetæ, qua ipse utitur, sub verb. Eucharistia num. 12. †

Moribundo, si fuerit catholicus, & non constet esse in mortali, dandum est Sacramentum Extræ Ungtionis, etiamsi illud non petierit, nam hoc ipso censetur interpretative voluisse, & petisse; quod alii christiani, etiamsi de eo Sacramento nunquam audierint. Busemb. & La Croix lib. 6. part. 1. num. 163. & alii passim.

Moribundus tenetur ultra sacramentalem confessionem actum coheritionis perfectæ elicere; licet enim constitutus in articulo mortis non teneatur confiteri cum contritione perfecta, eo quod moraliter certum est sacramentum Poenitentiae cum attritione ad justificationem sufficere; quemadmodum liquet ex Trid. sess. 14. cap. 4. (Vide verb. Poenitentia Sacramentum) & ex propositionibus 14. & 15. ab Alexandro VIII. damnatis.

natis ac sub verb. Propositiones damnate allatis; tamen ad id teneret ex alio capite; quia scilicet quilibet fidelis teneret presentem eo puncto, in quo agitur de summa rerum, & momento, a quo pendet aeternitas, sui salutis prospicere, atque consulere omni meliori quo fieri potest modo, qualis est eligendo praeter confessionem sacramentalem actum contritionis perfectae, nam non sumus infallibiliter certi de Ministro baptismi, ac de ordinatione Sacerdotis &c. pro quo tamen eliciendo cavere debet moribundus, ne obrui sinat ab illis, quae diabolus descendens tunc magnam habens iram; sciens quia modicum tempus habet, impie evomit, ac invidie opponit; sed fiducialiter ad supernum auxilium confugiet, aut firmiter fideliterque sibi suum habeat, viscera misericordiae non deesse sperantibus in Deum, & fore miserationes ejus super omnia opera ejus. Pr. 144. vers. 9. idem eo tempore suam largitur, fortiterque in corda fidelium eff. indero medio pretiosissimo, ac Sanctissimo Redemptoris Jesu-Christi sanguine pro totius mundi salute ineffabiliter & incomprehensibiliter dato.

31 Moribundi possunt, immo etiam quandoque tenentur contrahere matrimonium. Vide verb. Impedimenta Matrimonii art. 2. num. 18.

32 Moribundum in articulo mortis constitutum nec licite, nec valide posse absolvi a Sacerdote excommunicato vitando, seu degradato, aut haeretico mordicus defendit Fagnanus in cap. Non est vobis 11. de sponsalibus per tot. ubi adducit ad id expressam declarationem Sacrae Congregationis Concilii in haec verba: *Episcopus Valentinus petiit declarari, utrum penitentes in articulo mortis constituti possint in casibus reservatis absolvi quilibet Sacerdos, etiam excommunicatus, & denuntiatus, ut tenuit Navarr. de regulis Confessorum cap. 27. num. 272. vers. Quod per eadem verba fol. 551. Et Congregatio Generalis Card. Moroni, Alciati, Senoneni. M. Alt. S. Sixti censuit non posse, quia communis opinio videtur illa, quod tales excommunicati non possint etiam in hoc casu necessitatis. Quam sententiam confirmant isti Cardinales auctoritatibus tredecim celeberrimorum Auctorum, nempe Magistri sententiarum, S. Thomae, Scoti, Durandi, Capreoli, Sancti Antonini, Turrecrematae, Bacon. Alexandri de Ales, Richardi, Abbatis, Decii, & Navarri. Et postea explicant quo sensu debeat intelligi haec de re Concilium Tridentinum. Nec obstat cap. 7. de carum reservatione, quia debet intelligi omnibus Sacerdotibus in unitate ecclesiae viventibus, referendumque ad eos Sacerdotes, de quibus eodem cap. 7. in prima & secunda parte agitur, qui habent ordinariam, vel delegatam potestatem. Haec sunt propria dictae declarationis verba, ut testatur Fagnanus loc. cit. num. 2. Hanc negativam sententiam sequuntur S. Raymundus, Covarrubias, Joannes Medina, Panormitanus, Praepositus, Auctor Glossae decreti Gratiani, Auctor Colloquiorum Condomensis Diocesis & alii citati, & sequuntur Joanne Pontas verb. Absolutio casu 31. in fine Matthaei. official. cur. cap. 2. num. 19. Pignatelli. tom. 10. consult. 163. num. 15. & alii innixi supradictae Cardinalium declarationi; quia vera supposita, & a summo Pontifice, ut supra exponitur, approbata, non esset ullimode ab ipsa recedendum.*

33 An vero affirmativam sententiam, nempe posse penitentem in articulo mortis, in defectu alterius Sacerdotis habilis, licite, & valide absolvi a Sacerdote excommunicato vitando, seu degradato, aut haeretico, sustinet Paludanus, Sylvester, Sotus, Melchior Canus, Toletus, Azorius, Bonacina, & Auctor Colloquiorum Diocesis Antuerpiensis apud Pontas loc. cit. Reiffensuel lib. 5. decret. tit. 7. §. 8. num. 408. testans de communi La Croix lib. 6. part. 2. num. 1560. testans cum Ariaga de communissima: Barbosa in Conc. Tridentinum. sess. 14. de Sacram. Penitent. cap. 7. num. 13. cum Cano, Navarro, Toletus, Comitolo, Azorio, Reginaldo, Coninch, Riccio, Bonacina, Layman, Suarez, Molina, Turreblanca, Fagundez, Bossio, & Hurtado ibi citati; Rosignolus de Penitentia part. 1. quest. 7. art. 6. a num. 10. ad 14. cum aliis ibi citatis; Felix Potestas tom. 1. part. 4. cap. 5. num. 3245. & tom. 3.

part. 1. num. 17. cum aliis ibi allegatis; Gobat. tom. 1. tract. 7. n. 129. Sporer tom. 3. part. 3. cap. 6. quest. 6. num. 724. testans cum Layman, Cardin. de Lugo, & aliis de communissima Doctorum, qui, praesentim Gobat, & Sporer, ac alii intelligunt super allatam declarationem Sacrae Congreg. Concilii apud Fagnan. loc. cit. de absoluteione data ab excommunicato vitando, degradato, haeretico, aut apostata in praesentia alterius Sacerdotis carentis illis vitiis, quae utique absoluteione esset & illicita, & invalida, juxta etiam dicta sub verb. Absolutio art. 1. num. 51. & 52. At si nullus omnino adesset alius Sacerdos, esset & licita, & invalida, quia verba Concilii Trident. cit. sess. 14. cap. 7. amplissime, & generalissime exprimitur, quod in illo articulo extreme necessitatis, ne haec occasione aliquis pereat... omnes Sacerdotes, quoslibet penitentes a quibusvis peccatis, & censuris absolvi possunt. Qui autem omne dicit, nihil excludit, leg. Hoc articulo 29. ff. de heredi. instituend. leg. Si cui servo omnes 52. ff. de legatis 1. leg. Penam meam omnia 7. ff. de pen. legata, cap. Si Romanorum 1. distinctio. 19. cap. Solita 6. §. Nobis de majori. & obediens. & ibi Glossa verb. Quodcumque, expresse dicens: Qui dicit omnia, nihil excipit. Verba enim generalia generaliter sunt intelligenda; cap. Quia circa 22. de privilegii cum similibus, & ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; leg. Non distinguemus 32. ff. de recepte arbitris, leg. Praeses 3. de officio Praesidis, leg. De pretio 8. de Publiciana in rem action. cit. cap. Quia circa: cum similibus. (Vid. lit. A pag. 251. num. 12. lit. B pag. 428. num. 9. lit. I pag. 19. num. 100. cum lit. C pag. 31. num. 8.)

Tum quia credendum non est, quod ecclesia voluerit deserere penitentes in tali extrema necessitate constitutos, sed potius tamquam pia mater voluerit illis succurrere hoc salutari presidio, habitando Sacerdotes etiam recisos ad absolvendum in defectu aliorum, sicuti etiam per adversarios habitantur simplices Sacerdotes nondum ad confessiones excipienda approbati, ex cit. sess. 14. cap. 7. Concilii Tridentini. haec potissima ratio: Ne hac occasione aliquis pereat. Unde in consimili extrema necessitate pia mater Ecclesia permittit, quod baptismus possit recipi etiam ab haeretico, & excommunicato; cap. Praeter 6. §. Verum dist. 32. cap. Si quidem forte 40. caus. 24. quest. 1. cum similibus, adeoque censendum est, quod permittat in extrema necessitate recipi etiam posse penitentiam; cum baptismus parvulorum, & penitentia morientium sint Sacramenta necessitatis, secundum Glossam in cap. Non est vobis 11. de sponsalibus. verb. Baptismum parvulorum uti videtur innoti etiam in ipsomet cap. Non est vobis, ubi tempore interdicti Anglii impositi, interdicuntur omnia divina, Sacramenta, praeter baptismum parvulorum, & penitentiam morientium. Hinc in rubro, & in summa dist. cap. Si quem forte: sic habetur: In extremo positus etiam ab haeretico penitentiam accipere valet. Nam quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum; cap. Quod non est 4. de regul. juris. Necessitas enim non habet legem; cap. Sicut 11. dist. 1. de consecrat. cap. Omnes 1. de feris, cap. Consulasti 3. de celebrat. missar. cap. Consilium 2. de observant. fejunior. cum similibus. (Lit. C. pag. 243. num. 17.) Unde sacri canones passim clamant, morientibus penitentiam non esse denegandam, cap. Si quis de corpore 6. cap. Si recedunt 7. cap. Is qui penitentiam 12. Agnovimus 13. cap. Presbyter 14. distinct. 26. quest. 6. cap. Quod in te 11. de penitentibus & remissionibus. cum similibus. (Consent leges 37. 38. & 39. tit. 4. p. 1.)

Hinc attenda pia matris Ecclesiae, ac tot sacrorum canonum benigna interpretatione, & innumera Doctorum copia, necnon pene communi, ac communissima opinio, testibus supra allatis Auctoribus pro sententia affirmativa, concludendum est posse moribundum in extrema necessitate articuli mortis, in defectu alterius Sacerdotis habilis, absolvi a Sacerdote excommunicato vitando, degradato, haeretico, aut apostata: & allata Sacrae Congregationis declaratio intelligenda videtur de absoluteione data a Sacerdote excommunicato vitando, de-

degradato, haeretico, aut apostata; & allata Sacrae Congregationis declaratio intelligenda videtur de absoluteione data a Sacerdote excommunicato vitando, degradato, haeretico, aut apostata in praesentia alterius Sacerdotis carentis dictis vitiis, quae utique absoluteione, ut dicebatur, esset, & illicita, & invalida: non autem de absoluteione data ab ipso in defectu alterius Sacerdotis habilis, ut eam explicant Gobat & Sporer locis citatis, & alii, quia adhuc verificaretur de ipso quod esset Sacerdos juxta concessionem Concilii: Omnes Sacerdotes, cum ejus sacerdotalis character sit indelebilis; & in tali casu extremae necessitatis, Ne juxta plissimam mentem Concilii, hac occasione aliquis pereat, Ecclesia tollit omnem impedimentum canonicum ex parte Sacerdotis, eique dat omnimodum jurisdictionem ad id necessarium; cum interpretatio semper facienda sit in benigniorem partem; cap. Cum tu 16. de testibus, cum similibus. (Lit. A pag. 249. n. 27. lit. C pag. 306. n. 137. lit. F pag. 67. in fin. h. 13.) Si autem auctoritative, & clare constaret, quod mens Sacrae Congregationis, & Summi Pontificis esset, quod neque in defectu alterius habilis Sacerdotis possit moribundus in tali extrema necessitate articuli mortis absolvi a Sacerdote excommunicato vitando, degradato, haeretico, aut apostata, non esset ab ipsa sententia negativa recedendum, quia in claris non admittitur interpretatio, ut docet communior Doctorum pro Glossam in cap. Cum dilectus 8. de consecrat. verb. Nec juri communi, & colligitur ex leg. Licet Imperator 74. ff. de legatis 1. & leg. Ille, aut ille 25. ff. de legatis 3. (Lit. B pag. 361. num. 35.) & ubi expresse habetur lex, cessat omnis opinio, cap. Sicut 2. dist. 15. cap. Si quis eorum 8. dist. 30. cap. Cuncta per mundum 17. caus. 9. q. 3. cap. Canonum statuta 1. & cap. Quoniam 13. de consuet. cum similibus. (Ad rem leg. 15. & 16. Cum eorum & Gloss. tit. 1. p. 1. fin. tit. 14. leg. 12. tit. 22. p. 3. 6. tit. 1. lib. 2. Recop. & verb. Lex.)

36 Hic abs re non erit advertere ex Rutilio Benincasa, & variis gravibus Auctoribus tacito nomine ab ipso allegatis in suo libro, cuius titulus Almanaco perpetuo Sci. part. 4. tract. 5. cap. 14. quod moribundi deficere solent morte naturali fere semper in maris detumescencia seu refluxu. Quando autem intumescat & detumescat mare, ad id explorandum (premissis quod maris fluxus, & refluxus, intumescencia, & detumescencia unus sit ex mirabilibus effectibus, quos luminare minus, seu luna mirabiliter praestat, & quod in unoquoque suo lunari die aquas crescere, & decrescere faciat, ut sequitur, id est, sex horis, & uno horae quinto eas crescere, aliis sex horis, & uno horae quinto eas decrescere efficiat, & ita successive de reliquo sui diei spatio, ac consimiliter de aliis suis diebus) prelaudatus Auctor proponit exemplum dati diei, in quo quis exoptat scire quae supra, ac tabulam perpetuam, quam ad diem proptere sciendum subnequit, etiam exponit: unde ea ibi pro oportunitate ab exoptantibus regulae praxim, utriusque medico, & infirmarii, ad propositum perutilem non minus, ac navis ad suum, de facili legi, vel transcribi poterit, advertendo tamen, librum hujusmodi pluribus scateris erroribus, ne in ipsos dilabamur. Hic rideas oportet Rutilianas nugae, quas Auctor ex inadvertentia fortasse recensuit, & quas nullus sane mens admittat.

Nequaquam ex inadvertentia recensuit, quae ex Rutilio protuli loc. cit. sed ex animo atque consulto, probe sciens Auctorem illum non haberi apud eruditos tamquam Auctorem deridendum; quinimodo plures ac plures sane mentis homines ipso uti in multis, quae erudite tradit in dicto suo opere, ab ipsoque excerpti, ad meram eruditionem protuli; & si Theologo nunc displicent, aliis certe non displicebunt.

37 His add, quod fel. rec. Summus Pontifex Benedictus XIV. anno 1747. die 5. April. constitutione. incipient. Pia Mater Catholica Ecclesia: ampliavit Episcopis facultatem impediendi benedictionem cum indulgentia plenaria fidelibus in mortis articulo constitutis, etiam per alios, tam in civitatibus, quam in dioecibus ab ipsis subdelegatos, ubi enim prius Episcopis haec facultatem petentibus concedebatur ad solum triennium

& hac lege, quod per seipso immediate hanc benedictionem cum plenaria indulgentia applicatione aegrotis in articulo mortis constitutis largirentur, nec ipsi necessitate urgente: & quidem nocturno tempore, alium Sacerdotem in singulis peculiaribus casibus subdelegare possent, nunc Pontifex eam ipsis ampliat, & concedit ad vitam, ut latius in ipsa constitutione: declarans insuper, quod etiam plures pios Sacerdotes, sive Seculares, sive Regulares prout necessarium fore judicabunt, in eorum civitatibus subdelegare valeant, qui dum ipsi Anstites aliquo legitimo impedimento detinebuntur, quamvis hujusmodi impedimentum diurno tempore occurrat, eorum vice dictam benedictionem cum indulgentia plenariae applicatione praefatis aegrotis impertiantur, aliosque quotquot dioecesi Seculares, ac Regulares Sacerdotes quotquot necessarios judicaverint, ad praedictum effectum deputare, & subdelegare possint; necnon eosdem a se deputatos promoveri, ac alios in eorum locum pro suo arbitrio, & prudentia subdelegare valeant; hanc eandem facultatem statuti esse imposterum concedendam omnibus Episcopis, qui eam a Romano Pontifice postulaverint: & similiter omnibus Praelatis inferioribus territorium separatim habentibus, cum vera qualitate nullius, & activa in Clerum, & populum jurisdictione; dummodo ipsi Praelati hanc gratiam postulantes, sancta Apostolorum limina praescriptis temporibus visitaverint, & relationem status suarum ecclesiarum Apostolicae Sedi exhibuerint, & debitum juramentum in prima oratione assumptione ad dictas Praelaturas praestiterint; juxta praescriptum ab ipso Pontifice in sua constit. incip. Quod Sancta:

Assertur modus pro supradicta benedictione impertienda ab ipso Benedicto XIV. traditus, & approbatus in allegata sua constitutione incipient. Pia Mater: Habens igitur praedictam facultatem, vel simile privilegium ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic domui &c. ac deinde aegrotum, cubiculum, & circumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo antiphonam Asperges &c. Quod si aegrotus voluerit confiteri, audiat illum, & absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus benedictionis efficacia, & virtute, si tempus ferat, breviter admoveat, ac de aliis, prout videbitur expedire, instruat, ut ibi latius; tum piis ipsum verbis consoletur in spem erigens fore, ut ex divina munificentia largitate eam penarum remissionem, & vitam sit consecuturus aeternam. Et postea dicat:

Adjutorium nostrum in nomine Domini, Qui fecit caelum, & terram.

ANTIPHONA.

Ne reminiscaris Domine delicta famuli tui (vel ancillae tuae) neque vindictam sumas de peccatis ejus, Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster &c.

Et ne nos inducas in temptationem, Sed libera nos a malo. Saluum fac servum tuum (vel ancillam tuam, & sic deinceps.) Deus meus sperantem in te. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in dente credentem, atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum, quem tibi vera fides, & spes christiana commendant. Visita eum in salutari tuo, & per Unigeniti tui passionem & mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem, & veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui te Judicem propitium inveniat.

veniat, & in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula ablata, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Tum dicto ab uno ex Clericis adstantibus, Confiteor &c. Sacerdos dicat, Miseretur &c. Deinde, Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, & restituat tibi stolam primam, quam in baptisate receperis. Et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, indulgentiam plenam, & remissionem omnium peccatorum tibi concedo, in nomine Patris &c.

Per sacrosancta humane reparationis mysteria remittat tibi Omnipotens Deus omnes presentis, & futuræ vite pœnas, paradisi portas aperiat, & ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te Omnipotens Deus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Si vero infirmus sit adeo mortis proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandum tempus suppetat, statim Sacerdos benedictionem ei impendat.

Ad dicta sub n. 35. in fine, advertendum est, quod eruditissimus P. Franciscus Maria Campioni in instructione ad confessorios cap. 41. n. 12. refert ex Card. Albitio p. 1. de inconstantiâ in fide cap. 18. & 19. quod prædicta declaratio Sacre Congr. Conc. adducta à Fagnano supra num. 32. non reperitur in regestis Concilii; signum, quod vel non emanavit, vel fuit expuncta, ut contraria communi sententiæ, occasione cujusdam Episcopi, qui in examine interrogatus, an Sacerdos nominatim excommunicatus posset absolvere in articulo mortis, respondit affirmative. Unde fuit excitatum murmur ob doctrinam Fagnani, & dubio delato ad Innocentium XI. hic jussit suprimi quæstionem, neque amplius dubitari de opinione affirmativa, nempe penitentem in articulo mortis in defectu alterius Sacerdotis habilis licite, & valide absolvi posse à Sacerdote excommunicato vivando, seu degradato, aut hæretico.

P. Lucius Ferraris hic advertit, quod eruditissimus P. Franciscus Maria Campioni in instructione ad confessorios cap. 41. num. 12. refert ex Cardinali Albitio de inconstantiâ in fide cap. 18. & 19. quod prædicta declaratio Sacre Congr. Concilii adducta à Fagnano, ac num. 32. supra relatâ, non reperitur in regestis Concilii, quod argumentum est, aut nunquam emanasse, aut expunctam fuisse, ut contrariam communi sententiæ, occasione cujusdam Episcopi, qui in examine interrogatus, an Sacerdos nominatim excommunicatus posset absolvere in articulo mortis, respondit affirmative. Unde fuit excitatum murmur ob doctrinam Fagnani, & dubio delato ad Innocentium XI. jussit Pontifex suprimi quæstionem, neque amplius dubitari de opinione affirmativa, nempe penitentem in articulo mortis, in defectu alterius Sacerdotis habilis licite, & valide absolvi posse à Sacerdote excommunicato vivando, seu degradato, aut hæretico. Præsens Sacerdos sit non præcisus, qui tamen nolit, aut non advertat necessitatem absolvendi, non puto invalidam fore datam à præcisio absolutionem, ut asserit Ferraris num. 33.

Romanus Theologus loc. cit. ait: Præsens Sacerdos sit, non præcisus, qui tamen nolit, aut non advertat necessitatem absolvendi, non puto invalidam fore datam à præcisio absolutionem, ut asserit Ferraris num. 33. At neque per somnium id asserit Ferraris pro allata hypothesis; debuerat enim scire noster Theologus, ut scio ego Ferraris, quod in jure talis Sacerdos in data hypothesis haberetur ut absens: pro absente enim haberetur, qui præsens, quod peragere tenebatur, non facit, quodque, ut faciat, ei incumbit. Leg. Non tantum si, s. penultim. Et ibi addit. margin. ff. de fidei commissariis libertatibus: Et qui non intelligit, aut non advertit, nec præsens dici potest. L. Coram Titio 209. Et leg. apud Labeonem 246. ff. de verborum significum similibus. (Vid. leg. 5. tit. 9. part. 4.) Nec illa hypothesis fuerat exprimenda, quia frustra exprimi-

tur, quod intelligitur. Leg. Cornelius 69. de heredibus institutis. Leg. Hæc verba 3. ff. de legatis 1. (Vid. lit. S. pag. 505. col. 2.) Unicusque enim etiam in his casu obviat sine alia expressione, & additione, quod ego loquor in presentia alterius Sacerdotis carentis illis vitis, & omnimode parati ad absolvendum, quod si talis non sit ille alius Sacerdos, stat ibi tradita necessitas moribundi, & amplissima à Trid. concessa facultas, ad hac occasione aliquis pereat.

Moribundus, qui & Agonizans dicitur, est qui ex superante jam morbo, & natura præstrata, animam effaturus, de proximo est. Viventibus, & non mortuis accenseri debet: Quinimmo sanæ mentis presumitur, nisi de contrario constet; eaque propter testamentum, & codicillos condere, tum contractus inire valet. Stryk. juridic. dissert. vol. 1. disp. 5. c. 1. n. 9. Et plur. seq.

Viam magnam habere solet confessio moribundi, quia nemo præsumitur in articulo mortis vellemint. Sed nec in præjudicium tertii, nec in sui & hæredum commodum credendum esse moribundo tradunt Klock. vol. 2. consil. 42. num. 28. Et seq. Quæta consil. 40. n. 20. Pacianus de probat. lib. 1. cap. 53. n. 46. Mevius ad jus Lubecens. part. 2. tit. 2. n. 11. Præsumptionem autem, & indicium aliquod hinc etiam casibus facere confessionem moribundi, non est dubitandum; Mascard. de probat. concl. 1249. n. 1. & 8. Farinac. prax. criminal. lib. 1. tit. 5. quest. 46. num. 17.

Quid si Juxta in agone confiteatur se pecunia corruptum tulisse sententiam? Obligare se suosque hæredes ad pœnam triplici expressam in authent. Novo jure cod. de pen. judic. qui. mal. judic. Nequaquam vero præjudicium creare tertio, ut sententia proinde sit rescindenda, sequitur ex mox dictis. Idemque dicendum de arbitrio; Mascard. de probat. conclus. 949. num. 23. Et seq. Farinac. dict. quest. 46. num. 77.

Nec testis moribundi confessio, quod falsum tulerit testimonium, quidquam obstat, si prolata jam sit sententia; secus autem re adhuc integra: vide Pacian. de probat. lib. 1. cap. 53. num. 46. Farinac. dict. quest. 46. num. 84.

De proxeneta contractus simoniaci, an ipsi tale scelus in agone confiteatur sit credendum, queritur: negat Stryk. juridic. dissert. vol. 1. disp. 5. cap. 3. num. 8. (verb. Simonia.)

Circa contractus duplici modo moribundi confessio considerari potest, vel prout obligationem adstruit, & obligatoria dicitur, vel prout obligationem destruit, & liberatoria nuncupatur. Confessio obligatoria à moribundo dupliciter emittitur, vel ratione sui ipsius confitentis, vel ratione tertii. Ratione sui ipsius, si se certe alicui personæ asserat obligatum ad certam quantitatem. Ratione tertii, si alterum sibi obligatum profiteatur. Confessio liberatoria semper uno modo emittitur, ut si quod alter debebat acceptum dicatur. In una vero & altera confessione diversum jus ab eo, quod inter vivos constitutum, hic in moribundi persona obtinet.

Confessio obligatoria, sine expressione causæ non attenditur regulariter. At ea emissa à moribundo, attendi debet; Mascard. de probat. conclus. 345. num. 3. Damhoud. pract. civil. cap. 13. num. 10. Et seq. Sed an ea possit revocari à moribundo, tum an hæres possit probare non subesse causam, vide apud Hann. ad Wessembeck. tit. de confessor. num. 5.

De alterum obligandis confessio loquatur, nihil valet. Sed si emanaverit à moribundo, præsumptionem quandam facit pro confitente, & hæredibus; Struv. Syntagm. jur. civil. tit. de confess. thes. 24. Brunemann. repetit. Paratit. Wessembeck. dict. tit. de conf. quest. 2.

Confessio liberatoria, si agatur de dote, vim non habet, si intra tempus legitimum opponatur exceptio non numeratæ dotis. At facta à moribundo opponi hæc exceptio nequit; nisi facta sit in fraudem legis, vel tertio præjudicet; Stryk. juridic. dissert. vol. 1. disp. 5. cap. 3. num. 13. Et plur. seq.

Hactenus de confessione moribundi in civilibus. 58

Agendum paululum de ea in criminalibus. Prima occurrit quæstio, an standum sit confessioni vulnerati de auctore cædis? Eam non probare, sed tantum indicium facere tenent non pauci. Sed & quæstio est, an faciat indicium ad torturam? Negat cum aliis Stryk. loco citato cap. 4. num. 2. Et plur. seq. & quidem etiam si juramento id asseruerit moribundus. Monet vero Stryk. teneri hæredem ad accusandum eum, quem moribundus suæ cædis Auctorem dixit.

Quod dictum est de confessione moribundi circa homicidium, id ipsum obtinet de confessione ejusdem circa beneficium, & alia id genus delicta.

De effectu exculpationis factæ à moribundo, mire inter se dissentiunt Doctores. Confer Stryk. ubi supra cap. 4. tit. 8. Et plur. seq. qui & de moribundo fatente se delictum commississe disserit.

MORTIS ARTICULUS.

MORTIS articulus in servis Dei illustris, & sanctionibus conspicuus apparere debet. Benedictus XIV. tom. 1. const. 141. incip. Sollicitudini nostræ §. 5. & 7.

In mortis articulo constituti quorumcumque peccatorum absolutionem, & censurarum relaxationem à quocumque Presbytero obtinere possunt. Idem tom. 2. constit. 141. ob obitum.

Episcopum multas pecuniarias non solum in Clericis, verum etiam in laicos imponere, hosceque petere, vel per suos Ministros cogere valere, nullam videbatur ambiguitatem inducere. Non tamen alienum à præsentis materia apparet; inserere hic, talem facultatem nullo modo præcipue Parochis competere, neque earum executionem sufficere: illorum publica peccata præcavendi ergo; (1) ita ut si diem, quo à Sancta Sede non est diminuyeron la autoridad en lo que la pertenecia, y que así dispusiese, que sus Provisores, Visitadores, y Vicarios se arreglasen á las leyes, sin confundir el temporal con lo espiritual, y demás anexo al ministerio Pastoral, dando cuenta al mi Consejo de qualquiera dnda que le ocurra: en inteligencia, de que por mis Fiscales se promoverá su despacho para dexar expedida cada jurisdiccion en lo que la pertenece respectivamente.

§. IV. Que para evitar los pecados públicos de legos, si los hubiese, exercite todo el zelo Pastoral por si, y por medio de los Párrocos, tanto en el fuero penitencial, como por medio de amonestaciones, y de las penas espirituales en los casos, y con las formalidades que el derecho tiene establecidas; y no bastando éstas, se dé cuenta en el fuero externo y criminal, con las penas temporales, prevenidas por las Leyes del Reyno, escusándose el abuso de que los Párrocos con este motivo exijan multas, así porque no bastan para contener y castigar semejantes delitos, como por no corresponderles esta facultad; y que si aun hallase omision en ellas, dé cuenta al mi Consejo, para que lo remedie y castigue á los negligentes conforme las leyes lo disponen; y habiendo comunicado al mi Consejo esta Real deliberacion, por órden de diez y seis de Septiembre próximo antecedente, publicada en él, acordó entre otras cosas, con vista de lo expuesto por mis tres Fiscales, expedir esta mi Real Cédula, para que se cumpla y guarde su contenido, y llegue individualmente á noticia de todos; por la qual encargo á los muy Reverendos Arzobispos, Reverendos Obispos y á los Cabildos de las Iglesias Metropolitanas, y Catedrales en Sede vacante, sus Visitadores, Provisores ó Vicarios, y á los Superiores y Prelados de las Ordenes Regulares, observen y guarden las prevenciones que dexo hechas, y se han comunicado al Reverendo Obispo de Plasencia, en vista de su representacion, concurriendo por su parte cada uno en lo que le toca á que efectivamente la tenga. Y mando á los demás Jueces y Justicias de estos mis Reynos, vean, guarden y cumplan el

(1) Reg. Sched. 19. Novemb. 1771. Sabed: que habiendo llegado á mis manos una representacion del Reverendo Obispo de Plasencia, en razon de varios puntos jurisdiccionales de regalia y otros: Enterado de su contenido, y deseando vivamente la conformidad del gobierno con los Prelados Eclesiásticos, y que florezca en mis católicos dominios, junto con la administracion de Justicia, la vigilancia sobre las buenas costumbres y máximas cristianas: hice examinar por Ministros de mi satisfacion, versados en las controversias jurisdiccionales, los diferentes puntos que en ella se trataban, teniéndose presente en este examen lo dispuesto en las Leyes del Reyno; y habiendo executado y manifestádome su parecer en cada caso, y las leyes y disposiciones canónicas, y razones en que lo fundaban; reconocio todo por mi, con la atencion y cuidado correspondiente, tuve á bien mandar, entre otras cosas, se respondiese al Reverendo Obispo de Plasencia.

§. I. Que el uso de las censuras, debe ser con la sobriedad y circunspeccion que previene el Santo Concilio de Trento, y que si alguno de los Jueces Reales de aquel Obispado le diesen motivo de queja en esta parte, lo represente en derecho al Consejo, ó por mano de mis Fiscales, para que se provea el remedio conveniente; y en caso de que no lo tome, lo pueda hacer inmediatamente por la via reservada del Despacho Universal, para que Yo mande se tome la providencia que fuere mas justa y conveniente.

§. II. Que si con motivo de las órdenes expedidas por el mi Consejo sobre el conocimiento de las causas decimales, se hubiere experimentado ó experimentase por parte de las Justicias Reales algun desórden ó mala inteligencia, lo expusiese al mi Consejo con individualidad, como lo han hecho otras Iglesias, supuesto que allí, en vista de los antecedentes, podrá tomarse la providencia con el debido conocimiento y formalidad.

§. III. Que en quanto á visitas de Cofradias, Hospitales, obras pias y ultimas voluntades, está prevenido lo conveniente en las Leyes del Reyno, á que no perjudican las disposiciones conciliares, que en nada

FERRAR. BIBLIOT. TOM. VI.

tut. 34. incip. Pia Mater: Isidem indulgentiam plenariam facile concedi optat ecclesia. Idem ibid. Mortis acceptatio inculcatur tamquam opus injunctum pro consequenda plenaria indulgentia in mortis articulo. Idem ibid.

MULTAE.

MULTAS pecuniarias Episcopus sibi addicere non potest, quantumvis pauper sit, sine licentia Sedis Apostolicæ, ut ex pluribus argumentis Sacre Congregationis evincitur in tractatu de synodo diocesana lib. 7. cap. 53. §. 2. Sed debent in usus pios applicari illæ multæ, quas Tridentinum infligit Clericis non residentibus, aut concubinariis, ibid.

Si quis vero multas diocesana synodus alicui certo loco pio applicaverit, Episcopi non possunt illas sibi obtinere ab Apostolica Sede, etiamsi sint pauperes; quia Sedes Apostolica juris alteri quæsitio, præjudicium non infert. Ibid. §. 3.

Has vero multas antequam applicentur suæ destinationi, deponendas esse pœnes administratorem fidelem, jussit Sac. Congr. in sua encyclica ad omnes Episcopos, die 5. Februarii 1670. Ibid. §. 4.

Alia vide verb. Episcopus art. 6. d. num. 63. ad 67. Et verb. Pœna art. 5. num. 50. ad 72.

Episcopum multas pecuniarias non solum in Clericis, verum etiam in laicos imponere, hosceque petere, vel per suos Ministros cogere valere, nullam videbatur ambiguitatem inducere. Non tamen alienum à præsentis materia apparet; inserere hic, talem facultatem nullo modo præcipue Parochis competere, neque earum executionem sufficere: illorum publica peccata præcavendi ergo; (1) ita ut si diem, quo à Sancta Sede non est diminuyeron la autoridad en lo que la pertenecia, y que así dispusiese, que sus Provisores, Visitadores, y Vicarios se arreglasen á las leyes, sin confundir el temporal con lo espiritual, y demás anexo al ministerio Pastoral, dando cuenta al mi Consejo de qualquiera dnda que le ocurra: en inteligencia, de que por mis Fiscales se promoverá su despacho para dexar expedida cada jurisdiccion en lo que la pertenece respectivamente.

§. IV. Que para evitar los pecados públicos de legos, si los hubiese, exercite todo el zelo Pastoral por si, y por medio de los Párrocos, tanto en el fuero penitencial, como por medio de amonestaciones, y de las penas espirituales en los casos, y con las formalidades que el derecho tiene establecidas; y no bastando éstas, se dé cuenta en el fuero externo y criminal, con las penas temporales, prevenidas por las Leyes del Reyno, escusándose el abuso de que los Párrocos con este motivo exijan multas, así porque no bastan para contener y castigar semejantes delitos, como por no corresponderles esta facultad; y que si aun hallase omision en ellas, dé cuenta al mi Consejo, para que lo remedie y castigue á los negligentes conforme las leyes lo disponen; y habiendo comunicado al mi Consejo esta Real deliberacion, por órden de diez y seis de Septiembre próximo antecedente, publicada en él, acordó entre otras cosas, con vista de lo expuesto por mis tres Fiscales, expedir esta mi Real Cédula, para que se cumpla y guarde su contenido, y llegue individualmente á noticia de todos; por la qual encargo á los muy Reverendos Arzobispos, Reverendos Obispos y á los Cabildos de las Iglesias Metropolitanas, y Catedrales en Sede vacante, sus Visitadores, Provisores ó Vicarios, y á los Superiores y Prelados de las Ordenes Regulares, observen y guarden las prevenciones que dexo hechas, y se han comunicado al Reverendo Obispo de Plasencia, en vista de su representacion, concurriendo por su parte cada uno en lo que le toca á que efectivamente la tenga. Y mando á los demás Jueces y Justicias de estos mis Reynos, vean, guarden y cumplan el

(1) Reg. Sched. 19. Novemb. 1771. Sabed: que habiendo llegado á mis manos una representacion del Reverendo Obispo de Plasencia, en razon de varios puntos jurisdiccionales de regalia y otros: Enterado de su contenido, y deseando vivamente la conformidad del gobierno con los Prelados Eclesiásticos, y que florezca en mis católicos dominios, junto con la administracion de Justicia, la vigilancia sobre las buenas costumbres y máximas cristianas: hice examinar por Ministros de mi satisfacion, versados en las controversias jurisdiccionales, los diferentes puntos que en ella se trataban, teniéndose presente en este examen lo dispuesto en las Leyes del Reyno; y habiendo executado y manifestádome su parecer en cada caso, y las leyes y disposiciones canónicas, y razones en que lo fundaban; reconocio todo por mi, con la atencion y cuidado correspondiente, tuve á bien mandar, entre otras cosas, se respondiese al Reverendo Obispo de Plasencia.

§. I. Que el uso de las censuras, debe ser con la sobriedad y circunspeccion que previene el Santo Concilio de Trento, y que si alguno de los Jueces Reales de aquel Obispado le diesen motivo de queja en esta parte, lo represente en derecho al Consejo, ó por mano de mis Fiscales, para que se provea el remedio conveniente; y en caso de que no lo tome, lo pueda hacer inmediatamente por la via reservada del Despacho Universal, para que Yo mande se tome la providencia que fuere mas justa y conveniente.

§. II. Que si con motivo de las órdenes expedidas por el mi Consejo sobre el conocimiento de las causas decimales, se hubiere experimentado ó experimentase por parte de las Justicias Reales algun desórden ó mala inteligencia, lo expusiese al mi Consejo con individualidad, como lo han hecho otras Iglesias, supuesto que allí, en vista de los antecedentes, podrá tomarse la providencia con el debido conocimiento y formalidad.

§. III. Que en quanto á visitas de Cofradias, Hospitales, obras pias y ultimas voluntades, está prevenido lo conveniente en las Leyes del Reyno, á que no perjudican las disposiciones conciliares, que en nada

FERRAR. BIBLIOT. TOM. VI.